



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

III. De Depositione, ac Degradatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

529

7. Causam exhibe cessationis materialem. Proxima quidem, ob quam cessatio imponitur, est delictum, & culpa manifesta, quæ grauis valde debet esse, & grauior èa, ob quam ponitur interdictum.

8. *Finis quinam?* Remotus finis cessationis est resipiscencia, & emendatio illius, cuius causa lata est cessatio.

C A P V T I I.

De cessationis effectibus.

*¶ Q*uinam sint effectus cessationis? *An officia eo tempore
recitari possint?* Tempore cessationis tam generalis,
quam particularis à diuinis officiis publicè recitandis, ut ab
Horis Canonicis abstinetur. Item à Missa publicè celebran-
da, etiam si moderatio seruetur.

10. Num Sacra menta conferri valeant? Sacramentum ordinis cessationis tempore, aut Extremæ-vnctionis nec laicis, nec Clericis conferuntur. Porro alia Sacra menta, præcipue Baptismus, conferenda sunt, ob illorum necessitatem. Quid de Matrimonio? Licitum non videtur illud contrahere, nisi in articulo mortis ad legitimationem pro lis, aut ad feminæ alicuius nobilis decus necessarium esset, dum non facile dispensatio esset acquirenda.

11. *Quidnam de sacra sepultura?* Cessatio priuat laicos sepulturā sacrā saltem quoad diuina officia, etiam quo ad eos, qui habent sepulturæ priuilegium tempore interdicti.

12. Quam grauis est cessationis violatio? Violans eam
grauiiter peccat, & irregularitatem, vel excommunicationem
incurrit. Tenetur ne ad aliquam satisfactionem, cuius causa
cessatio lata est? Tenetur quidem ad sarcienda omnia damna
Clericis, qui seruare cessationem coacti sunt, & distributio-
nes amiserunt, vel alia damna subiere.

C A P V T I I I .

De Poena Depositionis, & Degradationis.

¹³ Quid est Depositio? Propriè accepta p̄cna quædam est
Ecclesiastica, qua Clericus munere Clericali priua-
L1 tur,

530 *Moralis Theologiae Tract. IV. Censura,*
aut, officio videlicet, & Beneficio absque spe restituic,
& cum quadam verborum solemnitate.

14. *Degradatio autem quidnam?* Est Clericalis priuilegi
priuatio facta post Depositionem, adiuncta reali actione &
cærementa per Canones instituta. Igitur Depositioni addit
Degradatio ipsam verborum executionem, quod enim
Depositione verbis innuitur, in Degradatione actione ipsa
executioni mandatur.

15. *An Depositio, aut Degradatio Censura sint?* Minime
quia sunt poenæ iure ordinario irremissibiles; Censura n*on*
tem per absolutionem remittuntur.

16. *Priuat ne depositio ipso facto beneficiis?* Depositio ab
officio, si lata à iure sit, non priuat ipso facto Beneficiis im
possessis: at si ab homine, priuat etiam Beneficiis.

17. *A quónam facienda aut Depositio aut Degradatio?* Si
verbalis sit, hoc est, Depositio, à proprio Episcopo electo &
confirmatio facienda est; si autem sit actualis, hoc est, De
gradatio, ab Episcopo consecrato. *Num ab alieno?* Ita plus
de licentia proprii.

18. *Quisnam in casibus fit Depositio?* Solùm in casibus à
iure expressis, & aliis grauioribus delictis arbitrio Ecclesi
stici iudicis. *Degradatio autem?* Solùm in casibus, quibus post
illam seculari brachio Clericus traditur.

CAP V T I V.

*Praxis circa materiam de cessatione à diuinis, & Di
gradatione, ex Societatis I E S V schola.*

§. 1.

*De ces
satione
à diui
nis varijs
casus.*

Tolet.
Tolet.
Filliuc.

§. 2.

*De De
gradazi
one.*

Tolet.

19. *Permititur ne à iure cessatio à diuinis?* Nunquam ponit Te
pletus affirmat.

20. *Potest ne tempore cessationis officium gregatum recte
Toletus affirmit posse extra Ecclesiam dici officium à duobus
vel tribus sine animo officiandi.*

21. *An sit cessatio à diuinis Censura?* Filliucius affirmit
Censuram non esse, nec eius violationem irregularitatem
inducere.

22. *Depositus ne amittit priuilegium Clericale?* Respon
deo ex Toleto priuilegium fori, & Canonis retinere.

23. *Ob quenam crimina fit Depositio?* Depositione digna
sunt stupram, Incestus, adulterium, & omnia adulterio ma
jora.